



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 3. Quid sit à dæmone insessum esse?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

tur, quando eiulantes, & gementes voce hu-
mana & potestate diuina flagella & verbera
ſentientes venturum iudicium conſitentur.

§. III.

Quid sit, à dæmone inferrum esse?

Vt autem homo à dæmone inferrus di-
catur, necesse est quidem, sed non sufficit,
vt in eo insit tanquam motor illius, sed in-
ſuper requiritur, vt in eum habeat quandā
potestatem. Neutrum ſine altero ſufficit.
Accepit in Job potestatem satan, vti in
S. Antonium, in S. Franciscum Xauerium
verberandū, non tamen iſti obfelli dicun-
tur, quia in illis non fuit Satan. In mul-
tis rebus eſt Satan, qui & post acceptam
buccellam in Iudam introiuit, non tamen
tunc obfessus eſt Iudas, quia non habuit in
eum agenti potestatem. Dicitur igitur in
eum intrasse, quia Christi vendendi ſug-
gelliſt consilium; teste Didymo. Quod ex Dydimus
Ioanne conſtat ſic accipiendo, ait enim:
Cum diabolus iam mififfet in cor, ut traderet 1.3. de Spi-
an Iudas. vbi inſinuat̄, aliquando, idem
eſſe *introire & mittere in cor.* Pertinet er-
go ad infeſſionem etiam potestas mouendi
ac ſauendi in poſſeſſum; quam ſanè po-
teſtatem, dum exerit, non raro monſtra ex
E e 4 homi-

Job. 1.

Ioan. 13.

27.

Dydimus
1.3. de Spi-
rit. S. Ios
an. 13. 2.

hominibus quodammodo facit , & sæpe numerò mirificè eos deformat ; sæpe sensuum vsu priuat , mutos , surdos , insanos.

Matth. 15.

22.

Marc. 1.

34. & 5. 15

18.

Luc. 6. 18.

phreneticos reddit. Hac de caufsa mulier

Chanaea clamauit : Miserere mei, Domine,

fili Dauid: filia mea male à dæmonio vexatur.

Quo verbo passim vtuntur Euangeli-

stæ. Estque atrox vexatio belluæ istius.

Quosdam cæcos , quosdam mutos , quos-

dam surdos efficit. Hinc legimus : Oblatu-

est ei dæmonium habens , cæcus , & mutus , &

Math. 12.

22.

Marc. 9.

25.

curauit eum ita , ut loqueretur , & videret.

Alio loco surdum & mutum sanauit , cui

spiritus iste vtrumque sensum ligauerat.

Quod si quis vult audire vexationem gra-

uiorē , audiat patrem genibus prouolutum

Math. 17.

14.

ante Christum & orantem : Domine , misé-

rere filio meo , quia lunaticus est , & male pati-

tur : nam sæpe cadit in ignem , & crebro in

aquam. Ac ne quis morbum , non spiritum

S. Chrys. id fecisse putaret ; sequitur : *Et increpanit*

hom. 28. *illum IESVS , & exiit ab eo dæmonium , &*

curatus est puer ex illa hora. An non prodi-

gium fuit , in ignem & aquam præcipitari ,

nec occidi ? Adhuc sæuiores describit Lu-

Luc. 8. 27. *cas. Et cum egressus esset Christus , ad terrā ,*

occurrit illi vir quidam , qui habebat dæmoni-

iam

iam temporibus multis, & vestimento non in-
duebatur, neq; in domo manebat, sed in monu-
mentis, &c. Multis enim temporibus, arripie-
bat illum, & vinciebatur catenis, & compedi-
bus custoditus, & ruptis vinculis agebatur à
demonio in deserta. Matthæus eandem hi-
storiam perstringens ait: occurserunt ei duo Matth. 8,
habentes dæmonia, de monumentis exeantes, 286
sæpi nimis, ita ut nemo posset transire per viam
illam. Lucas vnum tantum describit, no-
biliorem, vt D. Augustinus putat, aut cer- S. August.
tè sæviorem, vt vult D. Chrysostomus & lib. 2. de
alij. Extendit sese autem frequenter hæc Euange-
diaboli potestas vsque ad morbos, vsq; ad listar.
cruiciatus maximos, vsque ad mortē. Prius c. 24.
illud itidem scriptura indicat: Et ecce mu. Luc. 13.
lier, qua habebat spiritum infirmitatis, annis 11.
decem & octo, & erat inclinata, nec omnino
poterat sursum aspicere. Hanc autem infir-
mitatem à Christo expulsam, à dæmonie
procuratam fuisse, ipse Christus archisy-
nago responderens docuit his verbis: Hy-
pocrytae, unusquisque vestrum sabbato, non
soluit bouem suum, aut asinum à præsepio, &
ducit ad aquare? Hanc autem filiam Abra-
ha, quam alligauit satanas, ecce decem & octo
annis non oportuit solui a vinculo isto, die sab-
Ee s bati?

bati? Eo vsque hominem malus hic hospes denormat, vt ex eo testudinem faciat, aut etiam serpentem, qui per terram repat, morbisque & doloribus impleat.

§. IV.

Exempla eorum, quos insidens diabolus in monstra deformatuit.

Testantur id etiam diuersorum Sanctorum historiæ, è quibus legimus, quosdam spumassem, quosdam ignito vultu, virentibus oculis, rictu terribili, iam luporum instar vlulasse, jam more leonū astantes rugitu terruisse, & nullam non vocem edidisse bestiarum.

Wilhelm. De S.Bernardo testatur **Wilhelmus Abbas**, eum à tyrannica diaboli vexatione, liberasse mulierem quandam,

lib. 2. c. 3. cuius faciem Proteus iste vsq; adeò fœdā, deformem, horribilemq; intuentium oculis obiecerit, vt non pro homine, sed pro

Georg. deterrimo monstro haberetur. Qualem

Presbyt. vultum, quales oculos, quam luridum colorem putemus fuisse filiæ illius principe.

in eius Sur. 10. 2. parente oriundæ, quam viginti sex annorum grauissimo morbo à dæmone afflita

Metaphr. tam tortore suo liberauit Theodorus Ar-

E. Febr. chimandrita? Qualem larvam exhibuit

cacodæmon, in filia Gordiani Imperato-

ris,